

*Quod ex charitate non oritur, nec ex Deo oritur.* quid autem ab hoc fonte promanat, id non ex Deo, sed diabolo proficiscitur; estque venenum omnia bona opera & dona pulcerrima inficiens. Sicut enim flos visu, gustu, & odoratu suavissim<sup>9</sup>, si venenum foveat, per colorem amænissimum, odorem fragrantissimum, saporem deniq; dulcissimum non stat, quo minus homini sit exitialis: Ita homo si vel angelicis donis coruscet, plenus autem sit avaritia, superbia, philautia & arrogantia, tum vero dona illa non modo ad frugem non perveniunt, sed etiam pernicioosa sunt. Quod

*Quid sit bonum.*

enim revera bonum sit, id Deum cum originē, tum finē habeat oportet: qui sicut omnis boni autor est, ita quicquid ille in te operatur, id vero tantum bonum est; secus autem, si quid arrogantia, philautia, studiumq; honoris aut emolumēti proprii per te designabit: cum enim ex Deo illiusq; afflatu & impulsu non proveniat, neq; bonum certè esse potest. Deus itaq; solus bon<sup>9</sup> est, nec non ipsa charitas; unde ad proximū ex charitate omne bonū, haud aliter atq; ex Deo, pervenire est necesse. Ferunt quendam ex veteris ævi sanctis optavisse, ut ipse Deo alium usum non

non